



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De contritionis veritate aureum opus Fratris Joa[n]nis
Viualdi de Monte regali. ordinis fratrum predicatoru[m]
sacre pagine professoris**

Vivaldus, Joannes Ludovicus

[Augsburg], 1518

VD16 V 1772

Jra abbrevuiat vitam hominis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30734

De peccato

ira est *z* urela specialis sopherite: vt videlicet disputando socium suum puocet ad irā: quia ira impedit animū: ne possit cernere verum. Iste sopherita est olabulus: de quo dicitur Ecclesiasticus. xxxvij. capitulo. Qui sopheritice loquitur: odibilis est. Hic sopherita semper nititur excitare homines ad iracundiā/risas/turbationes *z* diuisiones.

Ira abbreviat vitam hominis.

Ire tres species.
Prima.
Secunda.
Tertia.

Ira minuit quantitatē vitalis durationis. Animalia enim que sūt excessiue cholertca/sunt naturaliter breuis vite: sicut maxie patet de cane. Et hoc est quod dicit Ecclesiasticus. xxx. capitulo. Zelus *z* iracundia minuet dies *z* ante tempus senectas adducet cogitatus. Ideo Hugo ait. Ira est subita animi tempestas que dum inordinate se incurit cor hominis ad insaniam protrahit. Sed nota sūm Aristotelem in quarto libro Ethicorum: *z* sanctum Thomam in secūda secūde. questione. clviij. articulo quinto. q̄ tres sunt species iracundorum. Quidam sunt acuti: quidam amari/ *z* quidam difficiles. Acuti dicuntur qui velociter irascuntur *z* velociter quiescunt/ *z* istud est optimum quod habent: quia nō retinent iram in corde celando: sed statim iram suam per aliqua signa manifestant propter velocitatem motus ire. Et ad istam speciem maxime disponuntur cholertci propter subtilitatem cholere. Amari dicuntur quorum diu perseverat/ *z* eam nunq̄ ostendunt: sed occultant: *z* ideo sunt amarissimi in seipsis *z* etiā ad alios: *z* indigent multo tempore ad hoc q̄ digerant iram suam. Et ad hanc iram maxime disponuntur melancholici: p̄pter grossicem humorum melancholie. Difficiles vero sunt qui nunq̄ cessant ab ira concepta donec fuerint vindicati. Ista tres species vincere debet homo sanctus per mansuetudinem: *z* moderatiam rationis. Primam per modestiam ne sit acutus. Secundam per patientiam ne sit amarus. Tertiam per pietatem ne sit difficilis. Sicq̄ puer moralis a puritate dicitur/ *z* deo *z* hominibus gratus. De quo *Dee.* xj. capitulo dicitur. Puer israel *z* dilexit eum *z* ex Egypto vocauit filium meum. Sed questio animum pulsatur. Quenam istarū specierum iracundorum sit minus vituperabilis siue leuoris culpe. Dic q̄ minus vituperantur acuti: quia ipsi velociter irascuntur *z* velociter quiescunt. Unde Augustinus in regula ad clericos dicit sic. Veltor est autem qui quibus ira sepe tentetur: tamen impetrare festinat vt sibi dimittat cui se fecisse agnoscat insuriam: q̄ qui tardus irascitur: *z* ad ventam petendam tardius inclinatur. Qui autē nunq̄ vult perere veniam: aut non ex animo perit: sine causa est in monasterio etiam si inde non proficiatur. Hec Augustinus. Et Marcus Tullius in primo libro officiorum: dicit sic. Sed in omni iniusticia permulsi interest vtrum perturbatione aliqua animi que plerunq̄ breuis est *z* ad tempus: an consulte *z* cogitatione fiat insuria. Et iterum ibidem. Leuioza enim sunt ea que repentino motu accidunt q̄ ea que meditata *z* preparata inferuntur. Hec Tullius.

Ira tollit misericordiam
z compassionem.

Quarto ira tollit ab homine compassionem *z* misericordiam. Unde Salomon Proverbiorum. xxvij. capitulo. Ira non habet misericordiam nec erumpēs furor. Et impetū concitari spiritus ferre quis poterit: Hoc patet de Moyse Exodi. xxxij. capitulo. vbi habet q̄ Moyse descendēs de monte Sinai inuenit q̄ filij israel adorabāt vitulum: ex quo iratus valde protegit ea